





I. N. D. N. J. C.

Periculum Academicum

exhibens
Positiones quasdam generales

1651, 3

De

JURE VENANDI

in Specie sic dicto,

quas
Cælesti favente Numine,

PRÆSIDE

Viro Nobili, Amplissimo, Consultissimo, Excellentissimo,

DN. JOACHIMO DECHERO,

U. J. D. gravissimo, Pandectarum P. P. Celeberrimo,

ut & inclytæ Facultatis Juridicæ p. t. DECANO Specta-
tissimo,

DN. Præceptore ac Fautore perpetim
colendo,

publicè propugnabit

ALBERTUS FRIDERICUS Griesmäyer /

Onolzbacensis.

In Academia Electoralis Francofurtanæ

Auditorio JURIDICO.

Ad diem XX. Martii, anni à Partu virgineo

M DC LI.

Typis

NICOLAI KOCHII Acad. Typogr.

Petrus A...

JURIS VERNANDI

ALBERTUS MAGNUS

Albertus Magnus, Doctor in Theologia, Philosophia, Medicina, Astronomia, Astrologia, Mathematica, Musica, Grammatica, Poetica, Juris, Historiae, Geographiae, Meteorologiae, Zoologiae, Botanicorum, Animalium, Vegetabilium, Mineralium, Metallorum, Gemmarum, Lapidum, Siderum, Astrorum, Cometarum, Nubium, Ventorum, Pluviarum, Nivium, Gravidarum, Parturientium, Infantium, Senectutis, Mortis, Resurrectionis, Judicii, Paradisi, Inferni, Caeli, Terrae, Universi, etc.

IN...



In Nomine Domini nostri JESU CHRISTI
ad omnia consilia omnesq; actiones semper pro-
gredior. *l. 2. C. de offic. Praefect. Prator. Afric. Rubr. Proëm.*
Inst. Nov. 17. in pr. Nov. 43. Nov. 134. Quoniam bene
universa geruntur & competenter, si rei prin-
cipium fiat decens & amabile DEO.

Nov. 6, praefat.

PRÆFATIO.

Ulcundissimum & nobile exercitium
esse venationem, Principes, Duces,
Comites, Barones, aliq; Nobiles vi-
ri suo comprobant exemplo, dum
quandoq; plus justo diu noctuq; huic studio in-
cumbunt. Ego in studiorum Academicorum
stadio ingeni periculum facturum, & exerci-
tium disputatorium exhibiturum, jucundum
mibi ducam, si juridicè & Politicè venationis
studium tractare, atq; de ea specimen publi-
cum edere queam. Quo fine esto

THESIS. I.

Jus venandi (a) ad speciem restrictum de-
finimus, quòd sit jus alicui legitimè qua-
situm persequendi & capiendi feras (b) bestias
in nullius dominio existentes. Cujus varii
sunt modi. (c)

(a) Tres venationis dari possunt species: venatio
proprie sic dicta, piscatio & aucupium. Utut à Dd. re-

A 2

ferantur

ferantur plures, dum venationem aliam faciunt oppres-
 sivam, de qua est in *Genes. Cepit Nimrod, robustus esse vena-*
tor coram Domino, id est hominum oppressor, permittente Do-
mino. Et hæc semper est prohibita. Aliam arenariam,
 quando quis cum feris bestiis in arenam descendit. Quod
 genus dimicandi de jure canonico adeò reprobatur, ut et-
 iam Spectatores ejus dicantur peccare mortaliter *text. in c.*
venatoribus. distin 86. De jure Civili permittitur, quando
 non est mercenaria, sed fit virtutis, & virium exercenda-
 rum gratiâ *l. 1. §. 6. vers. Deniq; eos, & c. D. de postul. si se-*
cus infamiam parit d. l. 1. §. 6. Aliam Adulatoriam, quæ
 fit per verba, & parasitis cognita, eaq; ab omnibus bonis
 improbatur, *c. qui venatoribus 8. dist. 86. c. sunt nonnulli 2.*
dist. 46. Aristot. lib. 1. politicor. cap. 5. & 6. Sex ejus species e-
 numerat: Latrocinium, bellum, piscationem, aucupium,
 venationem propriè sic dictam, & apum curam. Alii ali-
 ter dividunt, quos videre licet *apud Georg. Mor. in elegan-*
tissimo tract. de Jure venandi part. 1. cap. 1. Sebast. Medic. tr.
de venationib. p. 1. q. 1. num. 3. & seqq. Frid. Prückman. tr.
de Regal. §. venatio. cap. 3. num. 1. & seqq. ego suam cuiq; di-
 visionem liberam relinqvens, cum de ferarum solummo-
 dò venatione hîc acturus sim, eam potissimum speciem
 retineo, quæ meo proposito aptior videtur; & aliàs dici-
 tur Saltuosa & clamorosa, quoniam ferarum est, & in Sal-
 B. tibus cum canibus & clamore fit. (b) Feræ satis commodè
 in duo genera distingvi possunt. Nam unum genus est ea-
 rum, quas ob diritatem & perniciem occidi publicè inter-
 est, ut sunt ursi, leones, lupi, apri &c. Quarum venatio,
 tanquam publicè utilis omnibus permittitur, *l. un. C. de*
venat. ferar. Const. Frid. de pac. tenend. & ejus viol. §. 5. vers. Ne-
mo retia & c. 2. Feudor. 27. Notandum tamen, quod in ple-
 risq; Germaniæ locis, venatio quo ad apros hodiè sit inter-
 dicta, adeòq; contrarium, tot annorum interventu introdu-
 ctum. *Sixtin. tr. de Regal. lib. 2 cap. 18. num. 77.* Und wer-
 den die wilden Schweine nach Deutschen Gebrauch in die ho-
 he Förstliche Obrigkeit gezogen. *Georg. Mor d. tr. p. 1. c. 2.*
num. 69. Alterum genus non est æqvè noxium, & servit an-

annonæ publicæ & recreationi Principum. (c) Veluti C.
cùm canibus quis feras persequitur. l. 44. D. de A. R. D.
item cùm laqueus venandi causâ ponitur, l. 55. d. tit. l. 29.
pr. D. ad L. Aquil. Cùm foveæ capiendarum ferarum cau-
sâ fiunt, l. 28. pr. D. eod. Cùm venatio armis instituitur,
quibus vulnera infligi, & feræ occidi possunt, §. 13. Inst.
de R. D.

THESIS II.

Venatio igitur jure naturæ (d) & genti-
um (e) omnibus competit, non solum in
fundo proprio, sed etiam in alieno: Qua-
tenus dominus non ut fundi, ita & ferarum
bestiarum dominium ullum habet l. 3. §. 14.
D. de A. P. cùm nullius in bonis sint. l. 1. §. 1.
l. 3. §. 1. D. de A. R. D. & proinde occupanti in-
distinctè unicuique concedantur dd. II.

(d) Quamquam Protoplastum & ejus posteros credibile D.
sit exercuisse venationes; primi tamen in Sacris literis ve-
natores exprimuntur, Nimrodus & Esavus Gen. 10. vers. 9.
& 25. vers. 27. Item cap. 27. vers. 3. ex quibus constat, usum
venationum unâ cum humano genere cepisse. Hinc Ari-
stoteles lib. 1. Politicor. cap. 5. inter antiquissima vitæ genera
venationem retulit. Et eodem cap. ait; venationem syl-
vestrium animalium esse justam & naturalem, quia per eam
homo vendicat sibi, quod est naturaliter suum. (e) Vena- E.
tionem omnibus ferè gentibus fuisse communem, patet ex
inductione plerarumque. Etenim eo jure Indi & Tartari,
Job. Bohem. lib. 2. de morib. gent. cap. 9. Græci, Xenophon
lib. de venation. usi sunt. De Germanis antiquioribus testa-
tur Tacitus, Quotiens, inquit, bella non ineunt, mul-
tum venatibus tribuunt. lib. de morib. & pop. German. Sic
Cæsar lib. 6. de Bello Gall. Vita Germanorum omnis in ve-
nationibus atque in studiis rei militaris consumitur. In ve-

tere Italica disciplina usus venationis vel præcipuus fuit. Hoc apud Maronem gloriabundus Italus ostendit, cum ait:

Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.

Francisc. Patrit. lib. 3. tit. 6. Longè maximam posuere curam in venatione Lacedæmonii atq; Cretenses Persæq; namq; pueros venatione ac cursu exercebant, ut Xenophon & Plato scriptum reliquerunt. De Romanis res certa est, quænam ab initio venatu rarò utebantur, ævo tamen posteriore venationi maximè operam dedisse, refert *Jul. Capitol. vid. Joan. à Chokier lib. 5. Thesaur. Politicor. aphorismor. cap. 20. pag. 475. & seq.*

Thef. III.

Sed hodiè venatio solis (f) Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus atq; Nobilibus (g) exercenda relinquitur: atq; sic jure superioritatis & publicæ utilitatis, quæ non rarò commodis privatorum præponderat, *arg. l. 1. D. de Usucapionib.* facultatem venandi subditis planè ademerunt. (h)

- F. (f) Probat hanc sententiam, præter *alleg. Const. Frid. in usibus Feudor. §. si quis rusticus, ibi: Nemo retia tendat, aut laqueos aut quælibet instrumenta ad capiendas venationes, nisi ad ursos, apros vel lupos capiendos;* communis Germania consuetudo, imò & in exteris regnis plerisq; ita observari videmus. (g) & *aliis, qui hoc jus vel speciali privilegio,*
- G. aut alia justa ex causa constitutum habent. Clericis autem & militibus venatio est interdicta *cap. 2. & 3. de venat. Cler. l. officium 12. §. 1. D. de Re milit. quod ad rogatos quosvis milites rectè extendit Thomas Lindeman. exerc. Justin. D. 2. §. 31.* Cæterùm quod de Clericis dictum, variè limitatur à Canonistis. Volunt enim Ecclesiasticis personis venationem esse licitam, si non sit clamorosa, sed fiat cum silentio & modestia. Item si hujusmodi personæ saltus proprios aut ferarum

ferarum vivarium haberent, quorum redditus ex sola venatione consistenter: vel venandi jure in aliorum agris sive nemoribus uti permissum ipsis esset; tunc per constitutos ad hoc venatores laicos, non verò per seipso licitè venarentur. *Panor. & Dd in d. cap. 1. de Cler. venat.* Et in Germania notum est, Principes Ecclesiasticos, qui sunt status Imperii, & habent secularem jurisdictionem, ac jus venandi, intra proprios sui territorii saltus venari. (b) Summam H. subditis fieri injuriã hac in parte, multi ac magni nominis cum Theologi, tum Juri atq; Politici jam olim contendere. Sed salvã horum autoritate eorum sententiam amplector, qui existimant, Principes jure optimo venationes prohibuisse. i. Militat hinc ratio publicæ tranquillitatis; ne prætextu venationum subditi arma ferant, quoniam promiscuus armorum usus, quæ in venationibus adhiberi solent, ad omnis generis scelera & flagitia incitare magis vulgus hominum posset: unde proculdubio nec Magistratibus per omnia securis esse liceret, nec pax in terris publica conservaretur, nec usquam tuta præstarentur itinera. *Berneg. qq. miscellan. in Tac. q. 79.* Nec rarò cum venatione unã exercerentur deprædationes, quia duo hæc studia valde confinia facit *Aristot. lib. 1. pol. cap. 8. & Virgil. lib. 7. Æneid. hoc epitheto:*

*Horrida præcipuè cui gens asvetaq; multo
Venatu nemorum.*

Facit, quod aliàs subditis armorum usus sit prohibitus, *L. un. C. ut armor. usus in scio Principe interdict. sit.* præsertim agricolis, §. 5. d. *const. Frid. 2.* A venationibus subjectos areet communis Reipubl. favor & utilitas: Etenim præ nimia venandi dulcedine ab agricultura aliisq; vocationis suæ officiis facilè abducerentur; quibus tamen civitates & populi magnoperè juvantur & conservantur. Sic in *Auth. agricultores C. quæ res pign.* graviter Imp. interminatur iis, qui agricolas à re rustica abducere ausi fuerint. Huc pertinet, quod in jure nostro officia & exercitia alioquin justa & honesta quibusdam interdiciantur, quo magis proprio

prio officio & artificio vacare possint, ut videre est in *tit. C. ne rustic. ad ull. obseq. devoc. tit. C. Negotiatores ne militent, & l. pen. & ult. C. de Cohortalib.* Tertia causa potest sumi à cura servandarum specierum in animantibus. Quia enim feræ animantes in suo genere sunt rariores, quàm cicures, providente nimirum ita Deo, ne multitudine ferarum, aut communitas vitæ humanæ, aut agricolatio infestaretur, & damnum faceret: Ideoq; facilè devastari tota species posset, saltem in aliqua regione, si cuilibet permessa esset venatio. Quarta & maximè stringens causa est jus superioritatis: Quoniam hodiè Principes, Comites &c. sunt Domini territoriorum, non simpliciter Magistratus; meritò in suo quisq; territorio jure domini utitur: & quod privatus quisq; in suo fundo potest, cur id Mag. in suo territorio non possit: cùm nulla sit gleba in toto illo territorio, quam suam jure territorii dicere non possit, salvo tamen subditis jure privati sui domini? Alias prohibitionis rationes vid. ap. *Wes. in π. de A. R. D. num. 7. Pruckm. d. tr. §. venatio. cap. 4. per tot. Andr. Fachin. lib. 1. Controv. cap. 1. Joan. Harpr. ad §. 12. Inst. de R. D. num. 90. & seq. Georg. Mor. d. tr. part. 1. c. 2. & novissimè J. C. e. v. nostri ter Max. Georg. Frantzk. exercit. Jurid. 4. Quest. 2. Magnif. Dn. D. Benedict. Carpzov. part. 2. prax. crim. quest. § 4. num. 12. & seqq.*

Th. IV.

Venatio quamvis nullâ juris scripti constitutione inter regalia expressè relata reperitur, (k) attamen hodiernâ Germaniæ consuetudine, postquam Principes eam sibi propriam fecerunt, regale factum esse statuimus.

K. (k) Palmaria hæc est ratio eorum, qui contendunt, venationem haud deberi numero regalium aggregari, quia c. un. quæ sint regalia, prorsus nulla mentio fit venationum. *Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 18. num. 32 Wes. π. de A. R. D. num. 7. Bocer. tr. de Regal. cap. 1. Georg. Mor part. 1. cap. 4. num. 11. Treuti. vol. 2. D. 20. §. 3. Valentin. Guilielm. Forster. ad Inst. D. 6.*

θ. 8.

§. 8. Vult. de feudis cap. 5. num. 7. Verùm quemadmodum
Respublica libera formam regiminis sibi eligere potest,
quam voluerit. *Nobilissimus ortu, eruditione, industriâ Dn.*
Joan. Limneus in disert. apologet. de statu Imper. Romanô-Ger-
man. Sect. 6. num. 4. Ita sibi & publico fisco certos redditus
certâq; commercia reservare potest pro lubitu. Proinde
non sequitur: olim hoc non fuit regale; ergo nec jam fa-
ctum est tale. Olim succinum seu electrum in littore Bo-
russico legere licuit; E idem & hodiè. Olim liberè li-
cuit venari; E. & hodiè. Experientia reclamât & docet,
quòd hodiè pro beneficio regali & principali æstimetur,
si quis etiam in suo liberè venari possit. Unde in clara
luce oculos claudere dicitur, qui hoc non videt. *Noë*
Meurer von Jagt und Forstrecht. fol. 130. tit. venat. de reser-
vat. princ. Frid. Pruckm. de Regal. §. venatio. cap. 5. num. 5. Heig,
part. 1. quest. 15. num. 44. Matth. Steph. de jurisdict. lib. 2. part. 1.
num. 7. membr. 1. num. 444. Andr. Fachin. lib. 1. cap. 1. num. 32.

Th. V.

**Juri venandi non semper annexum est
Bannum ferinum, (l) Ideoq; illi, qui jus ve-
nandi in quadam sylva habet, non statim in-
tegrum est, succisis lignis Bannum venatorium
constituere, (m)**

(l) Quandoquidem jus venandi tantum ferarum; L.
sed bannum venatorium & ferarum & sylvarum imperi-
um importat, adeò, ut is qui bannum ferinum habet, non
tantum feras investigare & persequi, sed etiam certo lo-
co includere, aliisq; tam in nemoribus & sylvis, quam in
agris & pratis prohibere possit. Et dicitur *Wildbahn /*
quia is, cui bannum ferinum constituere licet, habet po-
testatem die wilden Thiere zubannen / und zufangen. Chri-
stoph. Besold. in Thesaur. Pract. verb. Forst. Webner. in pract.
obs. sub voce Forstrecht. Estq; aliud die Wildbahns Gerech-
tigkeit; aliud Gerechtigkeit zujagen. Proinde potestas ve-

B

nandi

nandi non, statim infert potestatem sylvas concludendi & alios prohibendi. Der da Macht hat zujagen / der hat nicht alsofort Macht zuhagen / id est daß er einen hagen ins Holz schlagen möge. Cum primis si id cum injuria & præjudicio alterius fiat *l. usufructu. 7. §. 1. D. de usufruct. Frider. Mindan. de Mandat. lib. 1. cap. 41. in princ. Dissentit Geil. 2. obs. 68. num. 7.* Vocabulum autem Wildban non in genere fœminino, quo generaliter significat sylvam vel locum, ubi frequentes feræ vivunt, eunt redeuntq; , sive septa sit sylva, sive non. Etenim vox Bahn nobis idem est quod via plana & trita: Sed in genere masculino, quo bannum venatorium notat, à nobis usurpatum esse scias. (m) Neq; confundimus jus foresti cum banno ferino, sed distincta esse sinimus das Forst: oder Waldrecht und Wildbans Gerechtigkeit. Quippe jus foresti importat exercitium ceterorum jurium jurisdictioni forestali essentialiter adhaerentium, als Wald: Holz und Forstordnung und Mandata zu publiciren / und die Verbrecher derselben zu straffen / das unziemliche Baum abhauen in den Wildfuhren zu verbieten &c. *Meichsner. tom. 2. decis. Cam. 2. num. 30. & seqq.* Quæ differentia juris forestalis & banni ferini alioquin patet ex distinctis officiis des Jägermeisters, qui curam venationum gerit, cujus officium præcipuè est, omnia illa sollicitè instruere & ordinare, quæ venationi conveniunt; deinde etiam de litibus inter venatores ortis judicare, adeoq; eos civiliter punire. Officium verò des Forstmeisters / in quibus consistat ex antedictis liquet. *Meichsner. loc. dict. num. 38.*

Patet etiam differentia ex eo quod domino foresti soleant in recognitionem & symbolum jurisdictionis salzualis aliquod modi avenæ dari Jagthabern / Forsthabern. *Noë Meurer tr. von Jagt und Forstrecht part. 2. cap. 8.* Quæ etiam dicitur quoq; Hundshabern *Brun. Cons. 27. n. 27. vol. 3.* Quâ occasione quæritur? an etiã subditi teneantur ad educationem canū venaticorū? à cujus affirmatione *Dd.* refugiunt, quia dura & personalis ista servitus sine ulla ferè æquitatis ratione imponitur rusticis, quibus sæpiùs vix
sup.

suppetit, unde suos liberos, nedum aliorum canes alere possint, *Gyland, decis. 11. num. 26, lib. 1. Webner. in obs. pract. pag. 118.*

Tb, VI.

Optimo jure is, cui competit libera venandi potestas, inhibere potest, ne rustici agros suos lignis nimis acutis muniant, quibus feræ transcendere intendentes transfigi possint. (n) quamvis alioquin unicuique subditorum liberum sit, palis non ita acuminatis agros suos circumsepere, quibus feris ingressus intercludatur, sartaque sarta tecta conservantur. (o)

(n) Quippe nemo debet juris sui usu & exercitio N. defraudari. Quo fine legibus prohibitum est, ne quicquam in fraudem juris alieni agatur. *arg. l. cum hi 8. §. si cum his 10. D. de transact. l. in fundo 38. D. de R. V. l. 1. §. 1. ibiq; Gl. D. Nauta, Caupon. stabul. &c.* Quod verò fructibus stantibus & adhuc pendentibus latratores canes alere possint, qui feras abigant, id non solum pium, sed juri & æquitati prorsus consentaneum esse existimat *Andr. Geil. lib. 2. obs. 68. num. 12.* Proinde peculiari Mauritii Electoris Saxonie constitutione concessum est rusticis, ut canibus minoribus, qui feras lædere non possunt, eas abigant. *Das sie mit kleinen Hunden / die nicht Jaghunde seyn / das Wildprät abscheuwen mögen. Landsordnung tit. vom Abschewung des Wildpräts vom Getrende.* (o) An autem Principes O. damnum ferarum devastatione datum, subditis refundere teneantur, magni momenti quæstio est; Sanè plerique Interpp. æquitatem sequentes hoc volunt; præsertim *Geil. d. loc. num. 10. ubi ex Dominici à Soto de Just. & Jur. lib. 4. quæst. 6. artic. 4.* sententia gravissimè admonet sylvarum dominos, & eorum saltuarios; ut innoxios habeant saltus, ne

feræ privatorum agros gregatim excurrant, & sata magno pauperum dolore & damno depascantur: & si aliter fiat, damna integrè solvant. Quod vehementiùs urget Reinhardus Bachovius vol. 2. ad Treutl. D. 20. lit. A. ad verba: fundos suos sepire. Et hanc sententiam justitiæ ac æqvitati valdè conformem esse, tradidit Georg. Mor d. tr. p. 1. cap. 4. num. 20. ubi plures accumulatur juris textus cum citatione Covarruv. cap. peccatum part. 2. §. 8. num. 11. de R. I. in Sexto. Quam æqvitatem benè ponderavit Serenis. Elector Saxonix Johannes Georgius in ord. pol. Anno 1612. artic. Rentsachen 1. §. Wildprät 31. ubi ita sanxit: Gleicher gestalt soll zum ein und dreissigsten / besagte / der im jüngstgehaltenen Landtage erfolgten resolution, Anordnung geschehen / damit das Wildpret zu rechter Zeit abgeschossen / die wilden Schweine abgefangen / und derer weniger werden / wie uns dann auch nicht zu wieder / daß man das Wildprät mit den kleinen Hunden abheken / so wol Scheußel und Wild-Wächter halten möge / so seind wir hierüber Gnädigst erbötig / do jemand scheinbarlichen Wildschaden erlitten / inhalts der Landsordnung / erstattung zuthun. &c. Idem asserit jus Saxon. art. 6. lib. 12. Gl. ibid. Sed hodiè de communissima Germanix consuetudine usu receptum est, ut Principes non teneantur ad refusionem damni: quæ sanè consuetudo iis in locis, ubi immemorialis temporis curriculo viguit, etiamnum observanda, vel potiùs toleranda videtur, arg. l. hoc jure 3. §. 4. D. de aqua quotid. & art. 1. §. fin. l. seq. in pr. D. de aqua & aqua plur. arcend.

Tb. VII.

Jus venandi acquiritur vel superioris beneficio. (p) vel alterius cujusdam concessionis: (q) vel præscriptione: (r) vel emptione, (s) permutatione, aliisque modis licitis.

(p) Quandoquidem nemini ne quidem in suo venari licet, nisi id nominatim est concessum. Hoig. part. 1. quasi.

qvæst. 15. num. 46. Ideoq; passim venationes pro beneficio Re-
gali aut Principali æstimari solent. *Benedict. Carpzov. I. F.*
part. 3. Const. 32. def. 17. num. 10. Et latè hac de re disserui in *θ.*
2. lit. F. Proinde quia requiritur, ut jus venandi nomina-
tim concedatur, sequitur, quòd concessâ alicui ab Impe-
ratore jurisdictione sive mixto & mero imperio, non statim
jus venandi concessum esse intelligatur. Enimverò aliud
est jurisdictio, aliud venatio. Et multi sunt Nobiles, qui
jus venandi habent; sed tamen imperio & jurisdictione ca-
rent. Quòd si verò Princeps Comiti vel Baroni conces-
serit territorium cum omnibus pertinentiis, tunc quoq;
jus venandi concessum esse intelligitur, quia id generalis
orationis adjectio infert *l. 39. D. de act. empt.* De eo autem
dubitatur; Si Princeps vel Imperator alicui Nobili jus
venandi in genere concessit, an etiam eidem concesserit
facultatem capiendi bestias nobiliores? (nemlich das hohe
und schwarze Wildprät) quod cum *Petr. Heig. part. 1. qvæst.*
15. Sixtin. de Regal. c. 18. lib. 2. num. 47. Propterea affirmamus,
quia privilegia & beneficia Principum quàm plenissimè
oportet interpretari *l. pen. D. de constit. Princip. &* quòd ver-
ba generalia generaliter sunt exaudienda. *l. 1. §. 3. D. de*
aleator. l. 3. §. generaliter. D. de legat. prestand. l. 1. §. hac verba.
D. quæ in fraud. creditor. Dissent. Carpz. loc. dict. num. 14. Wehn.
in obs. pract. Verbo Forst &c. (q) Si expressâ conventio-
ne alter alteri permittit, ut pro lubitu venari possit. Quem-
admodum nobilioribus quibusdam familiis hoc usitatum
esse, constat. (r) Ad præscriptionem verò requiritur spa-
tium temporis immemorialis. Ad exemplum cæterorum
regalium, quæ per inferiores non nisi tempore immemoria-
li præscribuntur, *c. super quibusdam 36. §. præterea. Extra*
de V. S. Reces. Imper. August. Anno 1548. §. und soll unser & S.
wann auch ein ausgezogener. Item §. wo auch innerhalb
Menschen Gedancken. Vultej. lib. 1. de Feud. cap. 9. num. 21. Ro-
senthal. cap. 5. concl. 14 Jacob. Sebult. in addit. ad Modest. Pistor.
part. 1. qvæst. 42. n. 10. Idq; procedit non tantum de jure
Cæsareo, sed etiam Saxonico. *Carpzov. I. F. part. 3. const. 3.*

defin. 25. num. 5. Sed tamen ad præscriptionem inducendam necessario requiritur scientia & patientia ejus, contra quem præscriptio currit. *Bl. in c. un. §. præterea. quib. mod. feud. amit. Cephal. consil. 152. vol. 2. Vultej. d. c. 9. num. 19.*

S. (f) Quando per emptionem acquiritur, communiter quatuor floreni, qui quotannis ex venationibus sumi possunt, constituunt precium 100. florenorum. *Joban. Köppen decis 44. num. 13* Et si quis alicui jus venandi alienum vendiderit, quod emptor ignorabat alienum esse, tenebitur venditor emptori de evictione per *l. si fundum 27. C. evict. Vultej. l. 1. de feud. c. 10. num. 95.*

Tb. VIII.

Qui jus venandi in alieno, aut proprio fundo se acquisivisse contendit, poterit hoc probare per testes (r) vivos, investiturarum literas, instrumenta aliosq; modos receptos. (p)

T. (r) Testes autem de tempore immemoriali rectè deponunt, si dicant, se vidisse semper ita fieri, & nunquam contrarium actum esse, atq; à majoribus audivisse, id ita factum fuisse. *Myns. cent. 1. obs. 30. Geil. 2. obs. 66. num. 8. & 9.* Testes etiam singulares hoc casu admittuntur; qui quamvis aliàs regulariter non probent, speciale tamen hoc est in venatione, ut per singulares etiam probetur, si unus testis deponat de uno actu, alius de alio: ratio est, quoniam respectu ejusdem finis concordant, etsi in tempore & actibus discordent; & sic non dicuntur singulares, per text. notab. in *l. Qui sententiam 16. C. de pæn. ibi, in unum conspirantes concordantesq; rei finem, Geil. d. Obs. 66. num. 10. & 11.* Ad eundem scopum tendunt, quæ scribit *Mynsig. 2. obs. 20.* ubi dicit, testes per varia media ad eundem finem tendentes, non dici singulares. (v) Veluti
V. per terminos, die *Marcstein* / finium causâ positos, vel cum

eum per alios modos loca ditionum distincta sunt, veluti per montes, vias, arbores & similia. *Noë Meurer in tract. vom Jag- und Forstrecht part. 2. c. 8.* Quæ tamen probatio locum habet, si actio finium regundorum intentetur. Fructuum quoque venatoriorum perceptio, locatio foresti, mulctarum circa res forestales exactio & pignorum captio, die Einnehmung des Forsthaberns / Verleihung des Forsts / Verlassung und Erlaubung des Wildprâts / Verleihung der Vogelherd / Verkaufung und Aushauung der Timmen & similia quasi possessionem juris venandi indicant & demonstrant. *Meurer. d. loc. ubi paulò post:* Es wird auch durch erhaltung und hegung des Wildprâts / dessen Wildfuhr und Stând / mit verbieten / wie bräuchlich / den Hunden Prügel anzuhengen / auch durch machen und auffrichtung der Sulzen / Häger und dergleichen / eine Förstliche possess vel quasi zuverstehen geben.

Tb. IX.

Si ex peculiari jure alicui jus venandi competat, idque ex concessione ad certum venandi modum (w) sit coarctatum, isto solummodo (x) modo venari licet.

(w) Interdum venatio ad certum genus conceditur, veluti ad feras minores, vulpes, lepores &c. quæ nostratibus das kleine Wildprât dicuntur, quo casu, quin majores feras capere non liceat, indubium est: vel ad majores, iisdem das hohe / schwarze oder grosse Wildprât / dictas, veluti cervos, apros &c. Quo casu minores feras venari non licebit, cum non frustrâ debeat addita esse determinatio majorum. Quòd autem generaliter & simpliciter concessâ venatione, Magnates nihilominus credantur sibi vindicasse atque reservasse jus capiendi feras majores, ex *Petr. Heig. part. 1. quest. 15. num. 56. & seqq. probat Colleg. Jur. Arg. lib. 4. tit. 1. §. 15. num. 3.* (x) Unde exorta nobilis illa **X.**
questio

qvæstio; Utrum Princeps, qui jus venandi certo in distri-
ctu alicui concessit, etiam jus aucupandi & piscandi con-
tulisse censeatur? Et jus piscandi non concessisse, firmi-
ter credo; Quia separatorum separata est ratio; piscatio
autem separata species est & distincta à venatione. E. con-
cessâ eâ, non ipsa quoq; concessa videbitur: Quæ tamen
intellige de venatione propriè sic dicta; nam si venatio in
genere concedatur, alles Wendwerck durchaus / wie das
mag Mahmen haben / non dubium est, quin etiam piscatio
veniat. Quod verò jus aucupandi attinet, distingvendum
puto; utrum princeps Nobili, vel alii alicui officiali seu
præfecto concesserit venationem ferarum majorum, an
verò minorum. Quoad prius simpliciter nego; quoad po-
sterius, affirmo. Unde si alicui concedatur venatio fe-
rarum inferiorum, habet etiam facultatem capiendi die
Keb. oder Feldhüner / und alles Federwildprät / Federthier /
und andere Gevögel klein und gros.

Tb. X.

**Siquis fundum alienum invito domino
ingressus fuerit, ac feram ceperit, ea non domi-
no fundi, sed capienti acquiritur.**

Pro fundi domino pugnat *Gl. in §. fera 12. in verbo: in-
grediatur, quam sequitur Cujac l. 4. obs. cap. 2.* Quam opi-
nionem videtur confirmare *l. in laqueum 55. D. de A. R. D.*
in qua distingvit Proculus, utrum laqueus in alieno
fuerit positus permissu ejus, cujus fundus erat, an verò si-
ne permissu ejus, ut priore casu aperita hærens in laqueo,
ut non potuerit se amplius expedire, ponenti laqueum
acquiritur, posteriori verò casu domino fundi. Et vide-
tur prohibitus magis ipsius domini prohibentis commodo
operam navasse, *arg. §. 31. vers. Sed hoc casu. Inst. de. R. D. §.
l. 27. §. 25. D. Ad L. Aquil. Locam. qvæst. Inst. 121. per tot. §.
in not. ad d. §. 12. I. de R. D. lit. C. C. I. A. lib. 41. tit. 1. §. 17. 2. Eam
probare videtur l. Divus 16. D. de S. P. R. ubi dicitur, D. Pium*

846

aucupibus rescripsisse: Non est rationi consentaneum, ut per aliena pradia, invitis dominis, aucupium faciatis. Pro venatore autem pugnat Gl. in d. l. 16. Et ibi Paulus de Castro, Don. lib. 4. Com. cap. 8. Schneid. num. 7. Vult. num. 8. Treutl. vol. 2. D. 20. §. 2. lit. E. Et ibi Bachov. aliq; relati à venerando Jcto Erasmo Ungepauro exercit. Justin. 5. quæst. 5. Et hæc sententia posterior verior mihi videtur, quam quoq; amplectitur Amplis, Dn. Joan. Brunnemannus exerc. Justin. 5. ad §. 12. I. de R. D. Quoniam 1. Poena privationis locum non habet, nisi in calibus jure expressis, Nov. 2. cap. 3. vers. Sicut enim. ibi, nec quælibet est lex aliquid tale dicens Et c. text. in l. Et si quis 14. §. Divus, ibi, panam tamen in eum statutam non esse D. de Religios. Et sumptib. fun. Atqui nullâ lege cautum est, quod venator, invito domino fundum vel sylvam ejus intrans, commodo venationis privandus sit, ut non faciat suum quod cepit. 2. Quia d. §. fere Et l. 3. §. 1. verba sunt generalia, neq; distinguunt quoad acquisitionem, inter domini permissionem & prohibitionem. Verba autem generalia generaliter sunt accipienda, l. de pretio 8. D. de public. in rem act. Hisce rationibus non adverfatur d. l. 55. quia respondet Bachovius in Com. Inst. ad §. 12. de R. D. num. 2. Illius loci principalem quæstionem non esse, cujus fiat aper captus, sed quâ actione teneatur, qui aprum laqueo exemit. Et hanc communem Dd. sententiam esse, ibi annotat, atq; per ampliationes hoc latius pertractat. 3. Non obstat d. l. Divus 16. Quia D. pij rescriptum prohibet quidem in alieno agro, domino invito aucupari & venari, sed tamen, quod post prohibitionem venando & aucupando captum fuit, non negat venatori acquiri. Dn. D. Ungepauro. d. exerc. quæst. 5. pag. 259. Omnino in hac controversia actus ingressionis est distingvendus ab actu venationis seu occupationis: actus ingressionis contra domini voluntatem factus, lege prohibitus est; non item actus venationis & occupationis. Harpr. num. 28. Et seq. Valentin. Guil. Forster. tractation. Justinian. D. 5. §. 12. num. 1. D. Benedictus Carpzov. part. 2. Prax. crim. quæst 84 num. 12.

C

Tb. XI.



Fera ita vulnerata, ut capi possit, non fit (y) vulnerantis, sed capientis de jure civili Justiniano (z)

- Y. (y) Contraria hac de re olim fuere Jctorum responsa; Trebatius enim, ut refert Cajus in *l. naturalem* §. 1. *D. de A. R. D.* voluit, feram vulneratam, ita ut capi possit, spectare ad vulnerantem, si ipsam persequatur, nec ab alio capi posse; adeò, ut si per hoc tempus, quo eam persequimur, alius eam ceperit, eo animo ut ipse lucri faceret, furtum commisisse eum videri. Cajus verò *d. §. 1.* respondet, feram vulneratam non aliter effici vulnerantis, quàm si ab eo capta fuerit, quoniam multa accidere possunt, ut ea non capiatur. Idem responsum Justinianus ad verbum suis institutis inseruit. §. 13. *Inst. de R. D.* ex quo patet, feram ab aliquo vulneratam, etiam lethali vulnere, secundum Theophil. ibi, non aliter fieri vulnerantis, quàm si eam ceperit. (z)
- Z. Quamvis verò Trebatii sententia de jure scripto fuerit reprobata, attamen de iure non scripto, & sic de consuetudine recepta est, ut asserit *Gl. in l. §. 1. de A. R. D. Accurs. Myns. Schneid. Bachov. & Dd. alii in d. §. illud quæsitum 13. I. de R. D.* Ita ut quantumvis fera à me vulnerata, nondum verè mea sit, quia nondum occupata est; non tamen liceat alteri eam eripere, meq; sic persequentem insidiosè antevertere. *Harpr. num. 86. & hanc traditionem multis rationibus defendit Georg. Mor d. tr. p. 1. c. 8. n. 5. & pluribus seqq.* Sed quid si fera vulnerata excurrat territorium vulnerantis, seu alio in quo jus venandi habet, poteritne eam persequi in territorium alterius? videtur quod sic: nam ubi finis habet necessariam dependentiam à principio, spectatur ipsius principium, *l. deniq; Divus 3. §. Scio 2. D. de mino. Alciat. tr. de presumpt. reg. 2. presumpt. 32.* maximè quando principium est licitum. *Bart. in l. quod ait 23. §. 4. D. ad. L. Jul. de adult.* At sine principio, id est, percussione seu vulneratione finis, id est captio seu prehensio feræ, effectum sortiri non potest. Quam sententiam video etiam fovere *Jus Saxon. ut omnino*

omnino possim persequi, sine tamen inflatu corniculi venatorii, & canum incitatione: ita enim ait art. 61. lib. 2. Jagt ein Mann ein Wild auffer dem Forst / und folgen ihm die Hunde in den andern Forst / er mag wol nachfolgen / also daß er nicht blase / noch die Hunde nachhetze / und mißthut daran nichts / ob er das Wild fähret / seinen Hunden mag er wol wieder ruffen. Idem asserit Gl. Weichbilds art. 122. in fin. Merito hæc opinio displicuit Joan. Harpr. num. 327. Quoniam si feras ex loco licito vel foresto proprio persequi liceret in forestam alienam; magnæ sylvarum fierent confusiones, atq; exinde ingentes motus, certamina infinita, cædesq; crebræ inter eos, qui confines sylvas & forestas possident, essent secuturæ. Præterea hanc sententiam non solum recepta totius Germaniæ consuetudo confirmat; sed etiam Noë Meurer, Egregius ille Practicus, luculenter comprobat in suo tract. vom Jag- und Forstrecht p. 2. tit. wie man das Wild jagen soll. Notandum autem, quod in hac controversia, & pluribus aliis hac in materia occurrentibus, semper debeat attendi consuetudo venatorum. Joan. Schneid. ad d. S. fera 12. I. de R. D. num. 4. Th. XII.

Subditi contra prohibitionem Principis venantes, moribus nostris furtum committere intrepidè affirmo.

Quoniam hodiè feræ in ejus potestate sunt, cujus est territorium, ad quod facere videtur locus Jer. 27. vers. 6. & cap. 28. vers. 14. & Dan. 2. vers. 38. ibi Propheta ad Regem Nabuchodonosor. Et bestias agri, volucres quoque, cæli dedit in manum tuam Dominus. Quamvis autem propriè non possideantur, l. 3. §. 14. D. de A. P. Dicit tamè potest, duplici modo aliquem possidere, animo nimirum & corpore: hoc feræ captæ & inclusæ, illo in gvarenis versantes possidentur. Aut si Philosophicis distinctionibus locus est, potentiâ feras istas habet dominus gvarenæ, quamvis non actu possideat; potest enim capere quando vult, easq; venari præter eum nemini permittitur. Rem totam decidere videtur Insignis Theologus Salomon Gesnerus in Disputat. ad cap. 27. Gen. Cujus verba apponere lubet: Cum, inquit, hodiè periculum à belluis unà cum frequentia earundem plerisq; in locis desierit, & Magistratus (modo

subditorum agros & bona ab illarum invasione tueatur) feras, tanquam dominiorum & facultatum suarum partem minimè postremam sibi vendicet, atq; maculationem earundem prohibeat, contra septimum Decalogi, nec non quartum præceptum delinquunt illi, qui feris, nullâ urgente necessitate, sed vel voluptatis, vel commodi sui gratiâ, contra Magistratus edictum insidiantur.

Tb. XIII.

Siquis contra prohibitionem (a) Principis sæpius venetur, certis consideratis circumstantiis, (b) ultimo supplicio (c) rectè affici (d) poterit.

(a) Quam omninò requiro, ut nimirum prius constitutio aliqua contra ejusmodi temeratores venationû sit promulgata, quâ deficiente, pœnas quoq; cessare debere existimo: *cujusmodi Const. (de pœnis, contra mandatum sive edictum venantibus, infligendis) Illustrisf. Dux Würtemb. Ludovicus anno 1588. publicavit; cujus verba refert Joan. Harpr. num. 316. ubi hanc quæst. ex variis Authorum optimorum scriptis eleganter decidit; quem omninò hic sequendum puto.* (b) Quas prolixè recenset Georgius Mor d. tr. p. 1. c. 4. n. 17. & seqq. Qui tamen indistinctè negat ob ferarum venationem quenquam occidi posse. Idem sentiunt Andr. Geil. 2. obs. 68. Matth. Wesenb. π. de A. R. D. num. 7. Hieron. Treutl. vol. 2. D. 20. th. 3. lit. A. & ibi Reinh. Bachov. ubi allegat Schneid. in decis. part. 1. quæst. 8. num. 23. & novissimè Dn. Ludwell. exercit. Justin. 4. θ. 5. lit. c. & alii Dd. (c) Magni Principes, Comites & alii coacti sunt statuere ll. suarum temerariis transgressoribus pœnam, quam ad mortem usq; extendi posse negant multi propter *textum Juris Saxon. lib. 2. art. 61. ibi: Da Gott den Menschen schuff/ da gab er ihnen Gewalt über Fisch und Vögel / und über alle wilde Thier: Darum haben wir das urtheil von Gott/ daß niemand seinen Leib/ noch sein Gesundheit an diesen dreien verwürcken möge.* Verùm enim verò, quicquid multi disputent, dico capitali pœnâ plecti posse i. eos, quos communiter solent vocare die Wild- oder Wildprät. Schützen; quia non simpliciter feripetæ, sed sunt fures improbiores. *l. praetor ait 2. §. 10. D. & pr. Inst. vi honor. raptor.* utpote qui non modò ancilum feris insidiantur; verùm etiam, si in ipso facto deprehendantur, summâ vi & injuriâ Principum venatores ac ministros

fros amovent, lædunt & sæpè occidunt, prædam seu feram oc-
 cifam neminem verentes divendunt. Rectè id genus hominum
 describitur in *suprà alleg. Const. Lud. Ducis Würtemb. quæ eos ipsos fu-
 ribus deteriores, & in latrones non rariò degenerare ostendit. Verba e-
 jus in præfat. hæc sunt*: diese leichtfertige böse Buben, wann ihnen
 ihre hochstråffliche Ungebühr gewehret / und sie durch gebürliche
 Straffen abgetrieben werden / so unterstehen sie sich die Forstleute /
 auch andere zubeschädigen / und mit Gewalt / tödtlichen Waffen /
 Mottierung / Verbundnissen und Meuderen / aus ihren Veruff /
 anbefohlenen Forsthuet / und Verrichtung ihrer Dienste / sie ver-
 messentlich zuvertreiben / auch gar hin zurichten und leblos zu-
 machen. Und dürffen sich ungeschueet hören lassen / welcher nicht
 so gern einen Forstdiener / als ein Hirsch schieße / der sey kein taug-
 licher Wildprät Schütz. Et hos quælibet Magistratum offensum
 in suo territorio, capitaliter punire posse, patet ex *Const. Frid. de
 pac. tenend. & ejus viol. 2. Feud. 27. 2. Rusticos, vel quoscunq; alios
 bombardarum peritiam habentes; si tertiâ vice adebq; sæpiùs
 contra Principis dominive sui edictum occisionem ferarum ite-
 rârunt. Ab eadem sententia facit, quod tradit Sebast. Medicus, tr.
 de jur. venand. p. 1. q. 5. n. 7. & quod ll. nostris passim constitutum est:
 nempe crimina iterantem ac frequentantem graviore animadversione
 dignum esse, l. 3. C. de Episc. audient. l. capitalium 28. §. 3. & 10. D. de pæn.
 l. 3. vers. Si plures, D. de re milit. l. Servos 8. §. 1. C. ad L. Jul. de vi publ.
 vel privat. Etenim contra ejusmodi feripetas prorsus incorrigi-
 biles factos aliud remedium non datur, arg. l. aut facta 16. §. fin.
 D. de pæn. l. un. ibi, capitali periculo cupiditas ejus amovenda atq; pro-
 hibenda est, si in iisdem sceleribus perseveret. C. de superexactionib. Latè
 Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 838. ubi multis probat, geminatio-
 nem & reiterationem delicti efficere ut quis pœnâ mortis mulctetur,
 etiamsi delictum per se non sit capitale. Ad eandem rem stabiliendam
 plures etiam auctoritates accersivit Prosper Farinac. lib. 1. variar. qq.
 & opin. criminal. tit. 3. quæst. 23. num. 2. Hoc benè notandum,
 quòd tunc ejusmodi feripetæ non principaliter ratione ferarum
 occisarû capitaliter puniantur, sed ob maximum contemptum
 Principis. Fachin. lib. 1. contrav. cap. 1. sub fin. Valentin. Guil. Forster.
 lib. 2. tractatio. Justinian. D. 6. 1b. 10 num. 4. Harpr. num. 313. (d) Num
 verò Princeps pœnam suspendii adversus venationum temera-*

tores certâ lege, vel sâctione decernere eamq; exequi queat, de eo maxime dubitatur. Sanè *Subtilissimi & acutissimi ingenii Jctus, Reinh. Bachovius in suis animadversionibus ad Treutl. Vol. 2. D. 20. th. 3. lit. A. hoc negare videtur; dicit enim, quòd pœna illa furti capitalis, quæ juri divino, gent. & civili Romano repugnat, & consuetudine quadam à Germania Principibus confirmata est, minimè ad casus diversos sit extendenda. Cui subscribit Prænobilis Georg. Frantzkius excit. Jurid. 4. quæst. 3.* Verùm posse Principes, adhibitis certis circumstantiis, ejusmodi feripetas laqueo punire, non dubito; quoniam postquam Principes jus venandi sibi fecerunt proprium, subditi venantes, nihil aliud nisi fures esse videntur. Referenda huc est sanctio Carolina in art. 159. & 160. quæ fures ob furtum, etiam rei minimæ, valorem quinq; solidor. Excedentis, laqueo suspendi jubet. Nulla utiq; hîc est proportio in 5. ducatos Ungaricos & hominem, qui nullo pretio æstimari potest, nihilominus pœna hæc suspendii jure approbata est, & justa habetur. Quòd si ergò Mag. ob hominum perversitatem & rapacitatem, in fures rerum atq; bonorum temporalium pœnam mortis justè statuerit; quare hanc ipsam, ob rationis idenditatem, ad fures bestiarum extendere non possit? & ejusmodi sanctionem promulgavit in Electoratu Saxonie D. Augustus Elector, peculiari quodam affixo mandato Mens. Octob. anno 1584. quam constit. pœnalem ratione pariter & æquitate niti, affirmare, multisq; rationibus probatum dare annitur Dn. D. Carpzov. part. 2. præct. crim. quæst. 84. num. 39. & seqq. Porro autem illis, qui feras minores, puta vulpes, lepores, anseres &c. capiunt atq; furantur, laqueo gulam velle frangere, justitiæ & æquitati repugnat: quoniam mandata, quæ pœnam laquei in feripetas statuunt, de iis sunt intelligenda, qui cervos, apros, aliasq; feras nobiliores & majores venantur; proinde contra intentionem Legumlatorum ad venatores & fures minorum ferarum hæc pœna extendi non debet. Prorsus tamen à pœna immunes neutiquam erunt, sed certâ pecuniæ summa à mulctari possunt. Dn. Carpz. p. 2. præct. crim. q. 84. num. 72. Verùm quid de illis statuendum, qui furibus ferarum opem & auxilium præstant, eos receptant & de lucro participant? Et hos eadem pœnâ, quâ ipsi feripetæ, affici debere statuo, ju-

ſta ſententiam *Bart. in l. is qui opem D. de furt.* Nam aliàs de jure ordinatio apud Jctos, Canonistas & Inquifitores eſt, receptatores ſcleratorum eâdem pœnâ puniri, quâ rei principales, *l. 1. C. de his qui latron. vel al. crim. reos occult. l. 1. C. de fals. monet. l. 1. D. de receptatorib. l. 3. §. 3. D. de incend. ruin. naufrag. & c. vid. Famigeratis. D. Theologum Argentoratensem Dn. Joan. Georg. Dorscheum in Trig. Syndrom. anticriſ. Theolog. obs. 3. pag. 22. ubi etiam nonnullas hujus regule fallentias tradidit.* Quod D. Augustus Elector Saxonix in alleg. Const. benè expreſſit: Als ordnen und ſetzen wir ic. daß nun hinführo die Straff der Wildprâts, Diebe und Schützen/ auch derer / ſo dieſelbe haufen / hegen / oder ihnen einigerley weiſe unterſchleiff geben / in unſern Landen der Galgen ſeyn ſoll. In dictanda tamen hac pœnâ laquei cautè ac circumſpectè agant Principes, omnesq; ac ſingulas quasvis circumſtantias ante Rei condemnationem probè conſiderent atq; perpendant, prout monet *Dn. Carpzovius part. 2. practic. criminal. quæſt. 84. num. 44.*

MANTISSA.

Jucunda ſimul ac elegans eſt quæſtio; An is, qui de rebus venatoriis craſſiùs loquitur, vel non propriis terminis utitur, ſi conſvetæ pœnæ ſubjiciatur, daß er das Wendmesser zuverſuchen bekommt / an videlicet de injuria conqveri deinceps poſſit? Et in ſententiam neg. magis inclino; Ratio eſt; quoniam finis injuriarum eſt, ut contumelia alicui fiat: nam ſine hoc animo injuria non committitur, *l. 3. §. 1. D. de injur. l. qui ſervum 34. in pr. D. de O. & A. l. 1. §. ſi omnes 8. D. de ventre inſpiciend.* Jam verò animus injuriandi hîc præſumi non poſteſt, ubi joco res expeditur *arg. l. 3. §. 3. de injur.* Tum quoq; quod quis ſuâ culpâ ſentit, nõ ſentire videtur *l. 203. D. de R. I. culpa autem eſt, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti l. 36 D. eod.* Accedit, quòd pœna hæc ſit univerſalis, quâ tam Nobiles, quàm inferioris conditionis homines afficiuntur, imò fœminæ quoq;, niſi ex ſingulari favore & precibus aliorum culpa eis condonetur. Sanè Alexander ille Græciæ Monarcha non poterat effugere, quia à Pictoribus derideretur, cum de coloribus non ſecundum artis inſtituta ſententiam ſuam explicaret. Quid inferioribus hinc ſolatii accedat, ipſi videbunt.

Magno ſit ſoli Gloria ſola DEO.

Ad
Eximium ac Politissimum
DN. ALBERTUM FRIDERICUM
GRIESMAYERUM,

J. U. Cultorem indefessum, felicissimumq; Fauto-
rem atq; Amicum singularem ac svavisimum, de
Jure Venandi publicè disputantem.

Quis recitare modos venandi totius orbis
innumeros posset? venatur avarus acervum
pervigil argenti; tumidus suffragia plebis;
Hic Venerem; Bacchum venatur sedulus iste;
Impiger ille diem venatur gaudia totum.
Sed nemo tot mille modos narrare valebit.

Non pauci doctas venantur jugiter artes,
alter enim Sophien; ast alter Apollinis artem;
alter Theologiam; venatur, amore Themistos
alter commotus, sinuosa volumina juris.
Ist hoc diverso verùm conamine tentant.

Venatur studium, primas pietate tenente
unus, at alter idem sumit, pietate relictâ.
Hâc non sepositâ, mi Griesmayere polite
moribus, omne DEO tempus Legiq; locasti:
Hocce theses vel venandi de jure probabunt.
Gratulor ex animo; faxit DEUS, opto, benignus,
ut studii stadium laudandi sidere fausto
ad metam crebrò meditatam pectore currat!

Amicitiaë intemeratæ ergò
adscrib.

THOMAS KÖPKE, Spandoviâ - Mar-
chicus, S. Th. Stud.

ULB Halle
006 558 364

3



VDA7





B.I.G.

Farbkarte #13

miss
J. C. *ad. K. p. 481.*

adademicum

generales

1651, 3

NANDI

dicto,

Vumine,

simo, Excellentissimo,

DECHERO,

um P P. Celeberrimo,

e p. t. DECANO Specta-

atore perpetim

abit

CUS Griesmäyer /

sis.

is Francofurtana

DICO.

à Partu virgineo

Acad. Typogr.

12

25

